



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Litterae Philippi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

COLONIENSI ARCHIEPISCOPO.

Epist. 11.

Gratum gerimus & acceptum quod tu & alii multi Principes Alemanniæ dilectos filios G. Abbatem Indensem, B. Bunnensem Præpositum, H. Priorem de Vverdt, H. sancti Geronis scholasticum, M. de Villa civem Mediolanensem, & H. Capellanum quondam inclitæ recordationis Richardi Regis Anglorum, G. Canonicum sanctæ Mariæ ad gradus in Colonia, & magistrum P. viros providos & fideles, ad sedem apostolicam destinatis, per eos & litteras vestras & electionis modum & coronationis processum carissimi in Christo filij nostri Ottonis, quem elegistis in Regem, pleniū intimantes, ac petentes ut quod à vobis factum fuerat ratum habentes & firmum, auctoritate vellemus apostolica confirmare, ac ipsum Ottонem ad suscipiendam coronam imperij vocaremus. Nos autem nuntios ipsos propter honorem imperij & tam ipsius Ottonis quam tuam & aliorum Principum, à quibus missi fuerant, devotionem, honestatem etiam & probitatem ipsorum, benignè recepimus, & sicut ipsi referre poterunt, curavimus benignius pertractare. Id autem per hac apostolica scripta tam tibi quam ipsi duximus respondendum, quod ad honorem & profectum ipsius libenter & efficaciter, quantum cum Deo poterimus, intendemus, sperantes quod ipse, sicut catholicus Princeps, in devotione quam progenitores ipsius circa Romanam Ecclesiam habuerunt non solum persistere sed proficere cum honoris augmentatione curabit. Datum Laterani xiiii. Kalendas Iunij, pontificatus nostri anno secundo.

*In eundem modum Comitis Flandriae.**In eundem modum Duci Lotharingia & Brabantie Marchionis.**In eundem modum Abatti Verdensi, Mindensi Episcopo, Paduburnensi Episcopo, Comiti palatino Rheni, Comiti de Dasburg, ita quod unicuique seorsim.**Scriptum est super hoc aliis quam pluribus Principibus Alemanniæ in eundem ferè modum.**Bremensi Archiepiscopo & suffraganeis ejus. Gratium gerimus & acceptum quod venerabilis frater noster Colonensis Archiepiscopus & alii multi Principes Alemanniæ dilectos filios &c. in eundem ferè modum usque in finem.*

LITTERÆ PHILIPPI.

Epist. 12.

Reverendo in Christo Patri & Domino Innocentio sancta Romana Ecclesie summo Pontifici Philippus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus salutem & filiam devotionem. Paternitatis vestra numeros Sutrinensem Episcopum & Abbatem sancte Anastasie, viros religiosos & discretos, quos ad nostram definiatissimam, benignè recepimus, tum propter vestram & Romanæ Ecclesie reverentiam, tum etiam ob ipsorum honestatem, & ea que ex parte vestra ipse nobis intimarunt ad plenum liquidoque collegimus intellectu. Quod autem prefatos viros tandem nobiscum detinuimus, nec eos vestige remissimus sancturati, scire vos cupimus id alia de causa non accidisse nisi quod nostrorum haec tenus præstolantes finem negotiorum, vobis eos post hac remittere disponueramus, & per eos quid Ecclesia & imperij commodis conduceret & dilectionem discretioni vestra insinuare. At nunc, quia divina faciente clementia, per quam univerlos actus nostros cupimus feliciter prosperari, honor noster debitum sumptu incrementum, & quic-

quid contra nos adversariis haec tenus emerget, penè sumpvum & pro nostra credimus deducere voluntate, accepto consilio familiarium nostrorum & fidelium curia nostre prænominitatos viros ad vos usque remittimus; de quorum non immixtò confidentes prudentia, verbum nostrum per eos vestre edifferendum duximus sanctitati, rogantes attentius & hortantes vos ut verbis ipsorum fidem adhibitus indubitatum, & ea qua à nobis accepserunt vobis proponenda piè, sicut convenit, & affectuose audiire procuretis.

LITTERÆ PHILIPPI REGIS Francorum.

Epist. 13.

Sanctissimo Patri & Domino Innocentio Dei gratia sancto crocifice & universalis Ecclesie summo Pontifici, carissimo consanguineo nostro, Philippus eadem gratia Francorum Rex, salutem, & tam debite quam devote subjectionis obsequium. Novit sancta paternitas vestra, novit & mundus quomodo nos & progenitores nostri Ecclesia Romana obdientiam, reverentiam, & in omnibus & per omnia exhibimus famularum, nec unquam cessavit devotio nostra, nec cessabit, quod non solidum tempore serenitatis, sed & adversitatis, nos & regnum nostrum efficaciter comprobavit. Inde est quod nos de meritis regni nostri & prædecessorum nostrorum & nostris pleniū confidentes, sanctitatem vestram quanta possumus affectione rogamus & attentius supplicamus quatenus devotionem nostram & patrum nostrorum, regni etiam nostri sinceris intentibus, vice mutua nos & regnum nostrum & negotia honorem nostrum contingentia oculo benignitatis vestra dignissimi contemplari. Ad hanc, cum Rex Anglie per fas & nefas pecunia sua mediante nepotem suum ad imperiale apicem conetur intrudere, vos nullatenus intronum illam, si placet, debetis admittere quod in opprobrium & despicuum corona nostra cognoscitur redundare; nec nos credimus quod vos quicquam in praefatis statu in prejudicium nostrum debatis instinere, cum nos vel nostri nihil unquam contra Romanam Ecclesiam attentaverimus, nec unquam per Dei griam curabimus attendere. Porro de Philippo Rege Alemanniæ novit sanctitas vestra quod si aliquando pater ejus vel frater Romanam Ecclesiam in aliquo offendens, nos dolemus. De querelis autem que inter Ecclesiam & imperium diutius attinet sunt prædictus Rex Alemanniæ Philippus consilii nostro, sicut afferit, paratus est acquiescere, & pro vestra gratia & Ecclesie obtinenda in terris, castellis, possessionibus, pecunia etiam competenti, de consilio nostro se perperuo fœdere vobis & Ecclesie obligare. Quod si ipse in hoc consilio nostro non acquisceret, ipsis nos nullatenus amicum invenieret. Ad hanc, de mandato vestro & auctoritate usque ad quinquennium treugas dedimus & fiduciavimus, tamquam qui nolumus in iis vel in aliis voluntati apostolica contrarie, & sicut lator præfatum & alij vobis poterunt intime, mandatum vestrum firmiter suimus prosecuti.

LITTERÆ PRINCIPVM Alemannie.

Epist. 14.

Reverendo in Christo Patri & Domino Innocentio sancta Romana Ecclesie summo Pontifici, Germaniarum Principes & magnates, in Christo filij, Magdeburgensis Archiepiscopus, Trevirensis Archiepiscopus, Bifurcensis sedis Archiepiscopus, Ratisbonensis Episcopus, Frisingensis Episcopus, Auguſtenſis Episcopus, Conſtantinensis Episcopus, Eifedensis Episcopus, Wormaenſis Episcopus, Spirensis Episcopus, Reichenſis electus, Hildemensis Episcopus imperialis aula Cancellarius, Abbas Fuldenſis, Abbas Herſfeldensis, Abbas de Tegere, Abbas Elvavencis, item Rex Boemie, Dux Saxonie, Dux Bavariae, Dux Austriae, Dux Meranii, Dux Lotharingiae, Marchio Milisenſis, Marchio Brandenburgensis, Marchio Moraviae, Marchio de Rumespere, alique torius Alemanniæ nobiles, debitum & paratum eum omnii devotione & obsequio famularum. Apostolica beatitudinis eminentia, qua pisi supplicantium desiderijs & affectibus gratae, semper confluens impetrari benevolentiam & afflentum, firmam universitatim nostram certitudinem administratis quod in iis qua à sanctitate vestra justissime postulamus benignitatem apostolicam debeamus & in exaudiendo pereſtente faciemus & in exequendo quod petimus